

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Homo c
cum uariis

Homo cum in honore esset non intellexit et cetera. In quo honore? Habitabat in paradysso et in loco uoluptatis conuersatio eius. Nichil molestie, nichil indigencie senciebat, odoriferis stipatus malis, fulcitus floribus, gloria et honore coronatus, et constitutus super opera manuum plasmatoris; magis autem ob insigne diuine similitudinis precellebat; et erat illi sors ac societas cum plebe angelorum, et cum omni milicia celestis exercitus. Sed mutauit istam gloriam in similitudinem uituli comedentis fenum.

Bernardus super Cantica.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

esset] esse L²; et cetera *om.* P V¹ V² L¹ L²; molestie] modelestie (*cor. sub lin.*) C; nichil] nec P V¹ V² L¹ L²; floribus] foribus (*cor. supra lin.*) B; manuum] ma. C; Bernardus] Augustinus L²